pp̄tua uoluntate laetantes semper in conspectu dī & agentes dō
gratias semper Neque enim poterit nisi & laetus esse semper &
gratus qui cum morti fuiss& obnoxius factus est immortalitate
securus.

AD DEMETRIANUM EXPLICIT.

## INCIPIT DE PATIENTIA. LEGE FELICITER.

De patientia locuturus fratres dilectissimi & utilitatis eius & com
moda praedicaturus unde potius incipiam quam quod nunc quo
que ad audientiam uestram patientiam uideo esse necessariam
ut nec hoc ipsum quod auditis & discitis sine patientia facere pos
sitis tunc enim demum sermo dī & ratio salutaris efficaciter
discitur si patienter quod dicitur audiatur Nec inuenio
fratres dilectissimi inter ceteras disciplinae caelestis uias qui
bus ad consequenda diuinitus praemia spei ac fidei nostrae sec
ta dirigitur quid magis sit uel utilius ad uitam uel maius ad
gloriam quam ut qui praeceptis dominicis obsequio timoris ac
deuotionis nitimur patientiam maxime tota obseruatione tue
amur Hanc se sectari philosophi quoque profitentur sed tam
illic patientia falsa est quam & falsa sapientia est Unde enim uel
sapiens esse uel patiens possit qui nec sapientiam nec patientiam dī.
nouit quando ipse de his qui sibi sapere in mundo uidentur moneat
& dicat Perdam sapientiam sapientium & prudentiam pru
dentium reprobabo Item beatus apostolus paulus plenus spū scō.
& uocandis formandisque gentibus missus contest&ur & instruat
dicens Uidete ne quis uos depraedetur per philosophiam & ina
nem fallaciam secundum traditionem hominum secundum ele
menta mundi & non secundum xp̄m. quia in ipso habitat omnis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc105/0139